



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CIX. Heinrich von Chyden, Propst zu Salzwedel, entscheidet einen Streit des Capellan Gebhard in der Marienkirche und des Schulzen Hennekin in Pritzer über Pächte aus diesem Dorfe, am 21. Juli 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CVIII. Henning von Garthow läßt dem Herzog Otto von Braunschweig die an die Elendengilde in Salzwedel veräußerten Hebungen aus Benkendorf auf, am 26. März 1336.

Ego henninghus de Chartowe, filius domini Johannis militis de Chartowe, famulus, presentibus recognosco, quod discretis viris Brunswickoni, Selcingo, Tyderico Brewitzen, Johanni klot, tunc temporis Tutoribus congregationis dicte Elendegylde, nec non Vefoni Lidderus, Stephano turiczen, Johanni dicto went, Helmico de stolpen, philippo pistori, Tydekino vrsleue, ciuibus in Soltwedel, vendidi et dimisi rationabiliter jus pheodale super XXX modios filiginis et super duos pullos in Curia gherardy de Lyften, sita in villa Benekendorpe, cum omni Jure, supremo et infimo, et aduocacia infra septa curie predictae ad manus congregationis scilicet Elendegylde prenarrate, quod etiam Jus pheodale, per me voluntarie, ut premissum est venditum, Illustri principi, Domino Ottoni, duci Brunswicensi, per Tydericum Brewitzen, Johannem prope fontem ac vefonem ledderus et per Conradum godefcalci, Cives in Soltwedel, resigno et presentibus offero et transmittito ad manus supradicte congregationis, videlicet Elendegylde conferendum. In signum autem premissorum Sigillum mei patris domini Johannis de Chartowe, militis, quo vtor pro proprio sigillo, presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXXVI°, feria IIIª post festum Palmarum.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XII, 22.

CIX. Heinrich von Chyden, Propst zu Salzwedel, entscheidet einen Streit des Capellan Geuehard in der Marienkirche und des Schulzen Hennekin in Prißer über Pächte aus diesem Dorfe, am 21. Juli 1337.

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem M°. CCC°. XXXVII°. In die praxedis virginis, Conparentibus coram nobis hinrico, dicto de Chyden, Officiali prepositure Soltwedelensis, Geuehardo, Cappellano perpetuo altaris exulantium, siti in ecclesia sancte Marie in Soltwedel, In honore eiusdem sancte Marie et XI milium virginum consecrati, presbitero, parte ex una, et hennekino, sculteto de villa prißer, parte ex altera, dictus dominus Geuehardus In iudicio proposuit, Quod scultetus predictus quedam placita inter ipsos ante triennium bono animo mediantibus viris discretis placitata et hactenus obseruata infringere sibi contra Iusticiam niteretur, dicens coram In iudicio idem dominus Geuehardus, quod haberet curiam in villa pryßer spectantem ad altare suum, quod dicitur exulancium, scilicet elende, cum omnibus suis attinentiis ac omni Jure supremo et infimo, aduocacia et cum Jure pheodali, Que daret annis singulis XXIX modios filiginis, ex qua curia idem schultetus licet consufo modo et inepto voluit singulis annis I chorum filiginis percipere seu habere, quod contradicebat dominus Geuehardus supradictus. Habita ergo sic longo opere dissensione inter eos, schultetus desiderabat dictam curiam emere avunculo suo, scilicet Ermberto, filio sue sororis, dummodo antedictus Geuehardus III modios Siliginis a supradictis XXIX modiis perpetuo dimittere vellet. Ipse tamen dominus Geuehardus hoc facere simpliciter denegauit, Quia suum pachtum nolebat minui seu minorari. Tandem per schultetum per-

sonaliter et viros prouidos ex parte schulteti ad placita rogatos, scilicet thidekinum Rybowen et Godekinum suos conuillanos necnon per discretos viros stephanum thuristen, Wessekinum, Johannem Went, Johannem Clot, ciues in soltwedel medium inueniebatur ad componendam dissencionem supradictam, videlicet quod scultetus coram predictis bona voluntate arbitris, Quod nichil amplius uellet aut deberet petere et habere in sepedicta curia sed fororio curiam manso dicto pytterhuue suum pachtum annuatim per se acquirere uellet. Quod audiens dominus Geuehardus consilio suorum patronorum vtens et III modios filiginis secundum desiderium schulteti prefati perpetuo a curia tunc dimisit. Qui schultetus statim intromisit se de dicto manso pytterhuue colendo perpetuo pro suo pachtu. Quo vero habito et culto per longum tempus, Quasi ad triennium, idem schultetus eundem mansum relinquere volebat et ex curia domini Geuehardi spectante ad altare suum volens contra Iusticiam suum pachtum postulare et habere. Sic dominus Geuehardus sepedictus schulteto citato ad nostri officii prenarrati presenciam de omnibus ordinatis et placitatis, sicuti res gesta fuit, receptis super hoc testibus et eorum dictis auditis et in iudicio examinatis, eundem scultetum plenarie conuicit, ordine Iudiciario in omnibus obseruato, presentibus discretis viris Gerardo de mechow, hermanno de lenegowe, Bertoldo plebano in ymekote, Johanne, plebano in brewitze, sacerdotibus, thiderico de brewitze, stephano de thurisce, Thiderico urleue, heinrico de stolpen, Johanne went, Johanne Clot, thiderico doliatore, hermanno cyher, hermanno de Gardisce, Cunrado Godschalci, ciuibus in saltwedel, ad hec in testimonium vocatis et rogatis. Vnde nos hinricus officialis prenarratus ipsi schulteto in iure tunc conuicto inhiuimus et presentibus inhiuimus per excommunicationis sentenciam, ne amplius dominum Geuehardum vel suum successorem in dicta curia seu bonis eiusdem curie per se uel suos heredes siue successores quoscunque molestare presumat sub euitacione sentencie excommunicationis predictae. Acta et data sunt hec Anno et die quo ut supra. In quorum euidentiam sigillum Iudicii prepositure soltwedelensis presentibus est appensum.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 12, No. 23.

CX. Markgraf Ludwig verstatet den Augustiner-Brüdern in der Stadt Salzwedel einen neuen Convent zu errichten, am 29. Juli 1337.

Lodowicus etc. Vniuersis presenciam uisuris salutem in domino. Quoniam testante apostolo, qui parce feminat parce etiam metet et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus etiam metet vitam eternam. Nos igitur ob spem remuneracionis eterne animeque nostre necnon progenitorum heredumque nostrorum animarum salutem diuini cultum officii in terrarum nostrarum dominio ampliare salubriter cupientes, pro nobis, heredibus et successoribus nostris Religiosis uiris fratribus ordinis Heremitarum sancti augustini concedimus licenciam et assensum, ut in opido nostro saltwedel in situ et area ipsis competenti, prout eam poterunt comparare, nouam donum seu conuentum predicti ordinis recipere, et construere valeant ibique libere hereditare (habitare?) vtentes quem admodum in aliis ciuitatibus vel opidis, in quibus habitant dicti fratres, omnibus graciis et priuilegiis ac immunitatibus, tam a sede apostolica quam principibus eisdem fratribus indultis pariter